

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska, wariant wawelski

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 112–113

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 26 [Gn. 25]

[26] De dono viro ac mulieri asignato, et si mulier absque herede moriatur. XXVIII

Donum, quod mulieri vel viro datum fuerit in iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradictione quitquid voluerit. Idem potest vir cum parte sui doni, quitquid deliberavit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua successoria, seu prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successorem, sive sit masculus sive femina, qui sibi sit paris condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia, vino et pane, [s. 113] que vel quot aut quantum post tricesunum permanserit, hoc cedit heredibus et non mulieribus, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipiet medietatem, heredes viri aliam recipiunt partem.

Discrepat hic Colmense. Quia si moritur mulier sine prole, extunc proximi mulieris medietatem omnium bonorum, qui directe ad eos pertinebatur, recipiant et dicitur directe, quia forsitan viri aut mulierum prevignus vel previgna ibi fuerit cuius bona paterna aut materna, quorum bona dicti prevignus vel previgna ratione paternorum vel e converso tollunt. Vir vero vel mulier, qui supervixit, quarta parte gaudebit. Prevignus vero vel previgna ratione patris vel matris non mortui aliam quartam partem sublena sunt.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada, dobra ojczyste, dobra macierzyste, dziecko]